



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

& alias duas. 263

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

tibus mærebat: ac dextero prius, mox & sinistro amissis, quid porro ageret nesciebat. Placuit nouissimè syngraphā IGNATIJ poscere, eamq; super oculos, iam nō oculos, deponere. Opportunum fœminæ consilium. Nam eo factō arcentur breui tenebræ, & oculis dies, quā amiserāt, redditur. Cæpitq; illa postridie opus facere, aciemq; fixam soli obuerrere, tam cōstāter, vt nusquā allucinaretur.

262 Laborabat in partu Sureda nobilis matrona: & multis diebus infelicem nixum continuabat. Auxilio fuit eiusdem IGNATIJ autographū nomen: quo cōtacto, puerum mater incolumem enititur, familia effuse gestiente.

263 Eadem apud alteram eueneret, quæ Saluatori cuidam nupta; & apud alteram, cui Magdalenzæ Suauæ nomen erat. Quibus ambabus in partu impediti

ors
propin-

pro
por
alla
rog
qu
tib
cui
tab
inf
eua
gii
hui
TII
26
tal
ma
tas
lon
ab
de
fe
re
te
ct.

propinquabat; nisi IGNATIVS tē-
pori adfuisset. Et hæc quidem, suis
allatum nominis IGNATIANI chi-
rographum, in lectulo resedit: at-
que omnibus IGNATIVM vocan-
tibus, Secundas rupit; fætumque,
cui ceruix crusculis implexa hæsi-
tabat, emisit. Ipsa in columis; &
infans benè habitus validusque
euasere. His talibus rerum prodi-
giis excitati Insulani, iam inter
huiusmodi pericula passim IGNA-
TII patrociniò se tuentur.

264 Eodem anno post Christi na-
talem CIO. LXXXVIII. Hierony-
mam Rebezam partus difficul-
tas per multos dies attinebat, nec
longè mulier ab interitu iam
aberat. Magna quippe corporis
debilitas, animique crebra de-
fectio, nihil ad illius exitium
reliqui fecerant. Aduertitur in-
ter hæc, prolem in vtero extin-
ctam, ceu funus vluo tumulo con-